

F529

9 Mamm

ZOOGNOSIA

TABULIS SYNOPTICIS ILLUSTRATA,

IN USUM PRÆLECTIONUM

ACADEMIÆ IMPERIALIS MEDICO-CHIRURGICÆ
MOSQUENSIS EDITA,

AUCTORE

GOTTHELF FISCHER,

S. C. M. a Consiliis aulicis, Ordinis Sti. Volodimiri quartæ Classis Equite, Philosophiæ et Medicinæ Doctore; Universitatis I. Mosquensis et Academiæ I. Medico-Chirurgicæ Professore Publico Ordinario; Societatis I. Naturæ Scrutatorum Directore; Universitatis I. Charcoviensis, Academiæ I. Petropolitanae, Acad. Regiæ Boicæ, Soc. Regiæ Götting-Membro honorario; Socc. I. oeconomicae Petropolitanae, physico-medicae Mosquensis, Collegii physico-medici Basileensis; Socc. Parisiensium, medicae, philomathicae, artium; Jenensium, mineralogicae, physicae, latinae; Lipsiensium, Regiæ oeconomicae, Linnæanae; Berolinensis, Göttingensis, Erlangensis, Hanoviensis, Ratisbonensis, Argentoratensis, Moguntinae Sodali.

EDITIO TERTIA,

Classium, Ordinum, Generum illustratione perpetua aucta.

VOLUMEN PRIMUM,

Tabulas synopticas generales et comparativas, nec non characterum quorundam explicationem iconographicam continens.

MOSQUÆ,

TYPIS NICOLAI SERGEIDIS VSEVOLOZSKY.

1813.

Auctoritate Academiæ Imperialis Medico - Chirurgicæ impressa.

QL
352
F579
1813
v.1
SCNHRB

VIRO EXCELLENTISSIMO ATQUE GENEROSISSIMO,

COMITI ILLUSTRISSIMO,

ALEXIO CYRILLIDI DE RAZUMOWSKY,

INSTRUCTIONIS PUBLICÆ MINISTRO,

S. C. M. A CONSILIIS INTIMIS AGENTIBUS, CUBICULARIO AGENTI, SENATORI, SOCIETATIS
IMPERIALIS NATURÆ SCRUTATORUM MOSQUENSIUM PRÆSIDI, PLURIUM SOCIETATUM
ERUDITARUM MEMBRO, etc. etc.

ORDINUM STI. ALEXANDRI NEVENSIS ET STI. VOLODIMIRI PRIMÆ CLASSIS

EQUITI,

LITTERARUM FAUTORI INDULGENTISSIMO

PATRONO OPTIMO MAXIMO.

1570
NATIONAL LIBRARY

Fischer: Gotth.

COMES ILLUSTRISSIME

DOMINE CLEMENTISSIME!

Quatuor anni præterlapsi sunt, ex quo Tu Zoognosicæ meæ, tabulis synopticis illustratæ, et scholis nostris adcommodatæ editionem priorem, prænobilissimo nomini Tuo dicatam, summa benignitate et humanitate perinsigni excepisti. Quibus rebus excitatus et commotus, quum et dignitatis Tuæ amplissimæ ac studii erga disciplinas naturales præclari rationes idem suadeant, nunc hanc quoque libri editionem, omnibus numeris ditio-rem, utpote tabulis comparativis auctam, commentario perpetuo illustratam, novis tam propriis quam aliorum observationibus locupletatam, ea, qua par est, pietate et observantia Tibi offero. Atque utinam, adjuncticibus Musci Mosquensis collectionibus pretiosissimis itemque propriis nonnullis, satis diligenter hunc in finem comparatis, absolutiorem eam perfectioremque offerre possem! Eheu, omnes perierunt, restant paucissimæ; novas vero aliquando adipiscendi iisque Universitatem nostram ornandi in Te, litterarum columen ac decus splendidissimum, in Te, Comes Illustrissime, spes omnis nostra collocata est.

Enimvero Tu, qua polles sapientia, quid optimum factu sit, videbis. Hoc interim opus ostendat Tibi, velim, me nec post tot calamitates luctuosas casusque tristissimos, quos Musarum cultores Mosquenses experti sumus, studia mea aut colere aut cum aliis communicare destitisse. — Te autem, Comes Illustrissime, ut librum hunc, duris temporibus inchoatum perfectumque, ut animi pii ac gratitudinis plenissimi monimentum a me Tibi positum, etiam nunc benigna fronte excipias, oro obsecroque.

COMES ILLUSTRISIME

DOMINE CLEMENTISIME!

PRÆNOBILISSIMI NOMINIS TUI

Mosquæ: XII. ante Calendas Maji.

M. D. CCC. XIII.

CULTOR OBSERVANTISSIMUS

GOTTHELF FISCHER M. D.

CONSPECTUS

TABULARUM SYNOPTICARUM

ZOOGNOSIAE.

	pag.		pag.
I. Tabula synoptica organorum in divisionem animalium in- fluentium.	3.	III. Tabula synoptica Animalium classes enumerans.	5—7.
II. Tabula synoptica specialior or- ganorum, tabulæ sequenti magis adcommodatæ.	4—5.	IV. Tabula Clarissimi LAMÆRK di- stributionis et classificatio- nis animalium.	8—11.

CLASSIS I. MAMMALIA.

Tabula synoptica generalis.	12.	Tabula comparativa Mamma- lium secundum systema Lin- næi ed. XII. et recentiorum.	17—28.
A. Quadrupedum.	15—15.		
B. Cetaceorum.	16.		

CLASSIS II. AVES.

Tabula synoptica generalis.	29.	Tabula comparativa avium sy- stematis Linnæi ed. XII. et recentiorum.	37—55.
— — — Ordinum.	30—35.		

CLASSIS III. REPTILIA.

Tabula synoptica generalis.	57.	Divisio serpentum Clarissimi Oppel.	67.
— — — Ordinum.	58—59.	Genera ejus.	68.
Tabula comparativa Reptilium systematis Linnæi ed. XII. et recentiorum.	61—66.		

CLASSIS IV. *PISCES.*

	pag.		pag.
Tabula synoptica generalis.	69.	Tabula iconographica piscium,	
— — — Ordinum.	70—75.	continens tabulam alpha-	
Tabula comparativa Piscium sy-		beticam iconum generum et	
stematis LINNAEI ed. XII. et		specierum piscium in operi-	
recentiorum.	77—75.	bis clariss. BLOCH et LACE-	
		PEDE exhibitarum.	96—117.

CLASSIS V. *MOLLUSCA.*

Tabula synoptica generalis	119.	NAEI eorumque modificatio-	
— — — Ordinum.	120—121.	nes in generibus recentioribus.	124—139.
Tabula insectorum et Ver-		Tabula generum testaceorum	
mium LINNAEI.	123.	plurimum microscopicorum	
Tabula comparativa Mollusco-		Clarissimi MONTFORT quæ	
rum exponens genera LIN-		ex parte nondum in systema	
		recepta sunt.	140—199.

CLASSIS VI. *ANNULATA.*

Tabula synoptica Annulorum.	200	LINNAEI ed. XII. systema-	
— — mente clariss. LAMARK.	201.	tis Naturæ.	202—204.
Tabula comparativa Annulato-			
rum cum generibus vermium			

CLASSIS VII. *CRUSTACEA.* Lm. Cv. *Agonata.* F.

Tabula synoptica Crustaceorum.	205.	et aliorum ad classem Cru-	
Tabula comparativa generum		staceorum pertinentium.	206—214.
LINNAEI (syst. nat. ed. XII)			

CLASSIS VIII. *ARACHNOIDA.* Lm. *Mitosata* et *Ugonata* F.

Tabula synoptica Arachnoidum.	215.	XII) et aliorum ad Classem	
Tabula comparativa generum		Arachnoidum pertinentium.	216—230.
LINNAEI. (system. nat. ed.			

CLASSIS IX. *INSECTA.*

	pag.		pag.
Tabula synoptica generalis. . . .	251.	Methodo clariss. JURINE. . . .	279.
— — — Ordinum.		Tabula comparativa Hymenopterorum systematis LINNAEI (ed. XII.) et recentiorum.	280—298.
1. Coleopterorum. L. }	232, 233.	5. Hemipterorum. L. }	299.
Elutheratorum. F. }		Rhyngotorum. F. }	
Tabula comparativa alphabetica Coleopterorum, synonymiam LINNAEI et variorum exhibens, ad FABRICII et LATREILLE systema reductum.	254—268.	Tabula comparativa Hemipterorum systematis LINNAEI (ed. XII.) et recentiorum.	300—307.
2. Orthopterorum. Ol. }	269.	6. Lepidopterorum. L. }	308.
Ulonatorum. F. }		Glossatorum. F. }	
Tabula comparativa generum LINNAEI (ed. XII. syst. nat.) ad Orthopterorum ordinem pertinentium.	270—272.	Tabula comparativa Lepidopterorum systematis LINNAEI (ed. XII.) et recentiorum.	p. 309—326.
3. Neuropterorum. L. }	275.	7. Dipterorum. L. }	327.
Odonatorum et Synistatorum. F. }		Antliatorum. F. }	
Tabula comparativa Neuropterorum systematis LINNAEI (ed. XII) et recentiorum.	274—277.	Tabula comparativa Dipterorum systematis LINNAEI et recentiorum.	p. 328—354.
4. Hymenopterorum. L. }	278.	8. Apterorum. L.	p. 355.
Piezatorum. F. }		Suctoriorum LATR.	
		Tabula comparativa Apterorum LINNAEI.	

CLASSIS X. *ENTHELMINTHA.* SCHREIBERS.

Tabula synoptica Enthelminthorum secundum LAMARCK. p.	356.	— secundum SCHREIBERS. p.	360.
— secundum ZEDER.	p. 357.	Tabula comparativa Vermium intestinalium LINNAEI (system. nat. ed. XII.) et recentiorum.	
— secundum RUDOLPHI.	p. 358.		
— secundum DUMERIL.	p. 359.		

CLASSIS XI. *RADIATA*. LAMARCK.

	pag.		pag.
Tabula synoptica Radiatorum.	361.	Tabula comparativa generum	
Tabula Zoophytorum Clar. DU-		LINNAEI ad Radiata pertinen-	
MERIL.	362.	tium.	365.
Tabula Radiatorum Echinoder-		Tabula Medusarum generibus	
matum secundum DUMERIL.	363.	novis illustratarum auctori-	
Tabula Malacodermatum Cl.		bus PERON et LESUEUR.	369—381.
DUMERIL	364.		

CLASSIS XII. *POLYPI*. LAMARCK.

Tabula synoptica Polyporum.	382.	XII) ad hancce classem per-	
Tabula comparativa generum		tinentium.	383—392.
LINNAEI (system. nat. ed.			

CLASSIS XIII. *AMORPHOTA*. FISCHER.

Tabula synoptica eorum.	p. 393.	Indices.	p. 411.
Tabula microscopicorum Cl.		Index. I. tabularum.	
DUMERIL.	p. 394.	II. generum commemo-	
Tabula comparativa generum		ratorum et synony-	
LINNAEI ad hanc Classem		morum.	
pertinentium.	p. 395.	III. Auctorum paucis lit-	
Tabularum iconographicarum ex-		teris citatorum.	
plicatio.	p. 397.		

CORRIGENDA et ADDENDA.

pag.	pag.
— 5. lin. 3. <i>lege</i> <i>divisa</i> .	— 193. b. 7 <i>a fine</i> , <i>basi</i> .
— 7. n. X. VERMES, <i>adde</i> ENTHEL- MINTHA; <i>rossice</i> , <i>рѣсмы</i> .	— 215. c. 15 <i>a fine</i> . <i>Thomisus</i> .
— 20. d. MANIS.	— 233. b. 12. <i>Brachycerus</i>
— 26. d. Bovis loco, <i>lege</i> <i>Bos</i> .	— 278. d. 7. <i>Pelopoeus</i> .
— 75. a. n. 146. <i>Hydrargyra</i> .	— — f. 19. <i>Coelioxys</i> .
— 125. b. 4. <i>a fine</i> <i>Aus l. Anus</i> .	— 299. b. n. 22. <i>Ochtherus l. Pelogonus</i> .
— 141. c. 2 <i>a fine</i> <i>golfe l. sinu</i>	— 504. d. 5. <i>a fine</i> . <i>Petalochairus</i> .
— 144. b. 8. <i>clausa l. clausum</i> .	— 308. c. n. 36. <i>Euplocampus</i> ,
— 145. b. 7. et 8. <i>ventricosum, clausum</i> .	— 327. b. 13. <i>Coenomyia</i> .
— 151. c. <i>ultim. golfe l. sinu</i> .	— — b. 22. <i>Atherix</i> .
— 156. c. 2 <i>a fine</i> , <i>in Algis</i> .	— — d. 11. <i>Aphritis</i> .
— 190. b. <i>ultim. incurvatus</i> .	— — d. 13. <i>Pipunculus</i> .
— 192. b. 3. <i>fusiformi</i> .	— — e. 2. <i>Scatophaga</i> .
	— 343. d. 1. <i>Ogcodes</i> .

Respirationis modi (v. Zoognosicæ Vol I. p. 5. Vcl. II. p. 242 et 393.)
 ex tabula sequenti clariores evadent:

ANIMALIA, respirantia	1. per pulmones,	{ spongiosos.	{liberos.	1. MAMMALIA.
			{adhærentes.	2. AVES.
		{ vesiculosos.	{globulosos. <i>Saurii</i>	} 3. REPTILIA.
	{saccatos. <i>Ophidii</i>			
	2. per branchias,	{	arcuatas.	4. PISCES.
			foliatas.	5. MOLLUSCA.
			fimbriatas.	6. ANNULATA.
			ramosas.	7. CRUSTACEA.
	3. per thylacos s. pulmones siliquosos, rhigmatibus aut rimis apertos.	{	stygmatis apertas.	9. INSECTA.
			plerumque simplices.	10. ENTHELMINTHA.
	4. per tracheas,	{	aëriferas et aquiferas.	11. RADIATA.
			12. POLYPI.
	5. per canalem intestinale.	{	13. AMORPHOTA.
.				
6. per totam epidermidem.	{		
			

Observatio thylacorum s. pulmonum siliquosorum in *Scorpionibus*, quam ante hos sex annos Societati Imp. Natur. Scrutator. Mosquensi et litteris Clariss. LAMARCK, communicavi, quamque etiam Celeb. CUVIER confirmavit, hæc inquam observatio Classem *Arachnoidum* firmiorem stabilivit.

Num vero omnia genera *Arachnoidum* quæ huc usque fuerunt collata ad hanc Classem, hæc structurâ gaudeant, aut simul cum scorpionibus *unam* classem constituere debeant, adhuc sub iudice lis est?

Cordis modificatio, in *Crustaceis* conica et constantis fere forma, in *Molluscis* variabilis, in plures saccos s. ventriculos divisa, in *Annulatis* et *Arachnoidis*, ad *vas longum nodosum*, reducta, suadere videtur, ut ordo harum Classium ita instituatur, ut *Crustacea* sequantur *Pisces*, dein *Mollusca*, et post *Annulata*, *Arachnoida*.

Nomen *Enthelminthorum* SCHREIBERS et VIENNENSIIUM, characterem decimæ classis optime exprimens, conservandum est.

Amorphotorum nomen, designans animalia formæ variabilis, præferendum est ei *Infusoriorum* aut *Microscopicorum*. Non omnia hujus Classis animalia sunt *Infusoria*, aut infusione nata, et in omnibus reliquis Classibus, inde a *Molluscis*, dantur *Microscopica*.

O IEHOVA,

Quam ampla sunt Tua Opera!

Quam sapienter Ea fecisti!

Quam plena est terra possessione Tua!

DAVID.

G. FISCHERI

TABULÆ SYNOPTICÆ

ZOOGNOSIÆ.

1870-1871

1872-1873

I. TABULA SYNOPTICA

Systematum organorum in divisionem animalium influentium.

SYSTEMA. I. *Respirationis.*

Trachea, (Arteria aspera) Pulmones.

Circulatio. (Cor, Vasa).

Vox. (Larynx).

Calor.

Secretio.

II. *Motus.*

Ossa.

Musculi.

III. *Digestionis.*

Canalis intestinalis.

Nutritio.

Excretio.

IV. *Generationis.*

Partes genitales in animalibus hucusque imperfecte comparatae.

V. *Sensationis.*

Cerebrum, Medulla spinalis, Nervi.

Sensus externi.

Sensus interni.

Nota. Nexus intimus organorum vix distinctionem naturalem admittit. Vide cæterum Organorum expositionem in *Volumine primo* hujus operis. p. 164. §. 4.

II. TABULA SYNOPTICA

Specialior Organorum, tabulæ sequenti magis accommodata.

1. GENERATIONIS. Animalia sunt vel vivipara vel ovipara.
Omne tamen vivum ex ovo.
Omne vivum e vivo.
Qua de causa e tabula sequenti exclusa.
2. MOTUS.
 1. Animalia sceleto plus aut minus perfecto donata.
 2. Animalia sceleto carentia.
Spina dorsalis, vertebris efformata, et vertebræ hic, in tabula sequenti, sumuntur pro sceleto, (pars pro toto) quia ubique adsunt vertebræ, etsi variæ partes sceleti completi, peluis, extremitates, in quibusdam classibus deficient. In eo nititur etiam denominatio Gallorum: *Animaux vertébrés, Animaux sans vertèbres.*
3. SENSATIONIS.
 1. Animalia quæ cerebrum et nervos a medulla spinali habent distinctos.
 2. Quæ medullâ solâ et nervis gaudent.
 3. Animalia, quibus nullum nervorum nec medullæ spinalis vestigium.
4. CIRCULATIONIS.
 1. Animalia, quæ corde, binis ventriculis et auriculis instructo, sanguine rubro et calido, gaudent.
Circulatio his est duplex.
Mammalia, Aves.

2. Cor binis auriculis, uno quidem ventriculo præditum, interior vero ejus pars in plures cavitates est divisum.

Circulatio illis est simplex, in aqua vero devia.

Amphibia.

3. Cor uno ventriculo atque unâ tantum auriculâ constat.

Circulatio semper simplex.

Pisces.

4. Cor tanquam vas longum nodosum apparet.

Mollusca. Annulata. Crustacea.

5. Cor nullum, arteriæ et venæ non distinctæ.

Arachnoida. Insecta. Vermes. Radiata. Polypi.

5. RESPIRATIONIS. 1. Animalia respirant pulmonibus spongiosis, in cavo suo libere hærentibus.

Homo. Quadrupedes. Cetacea.

2. Pulmonibus subspongiosis aut cellulosis, vertebris adhærentibus saccisque thoracis et abdominis vesiculosis adnexis.

Aves.

3. Pulmonibus vesiculososis aut vesiculoso-saccatis.

Reptilia.

4. Branchiis, (pulmonibus pectinatis).

Pisces. Mollusca. Annulata. Crustacea.

5. Stigmatibus. (Pneumodermata).

Arachnoida. Insecta. Vermes.

6. Tracheis filiformibus aut capillaribus.

Radiata.

7. Canali intestinali? ! Inprimis epidermide.

Polypi. Infusoria.

III. TABULA SYNOPTICA ANIMALIUM

I. Animalia, spinâ dorsali donata.				II. Animalia	
1. Cerebrum. Medulla spinalis. Nervi.				2. Medulla oblongata,	
1. Cor biloculare, sanguis calidus.		2. Cor uniloculare, sanguis frigidus.		2. Cor musculo-Arteriæ et	
Pulmones spongiosi, libere hærentes.	Pulmones spongioso - vesiculosi, adhærentes.	Pulmones vesiculosi vel saccati.	Pulmones pectinati (Branchiæ.)	Branchiæ elongatæ et foliatæ.	Branchiæ ramosæ.
Corpus mammae instructum, totum aut ex parte pilis tectum, quatuor vel binis membris munitum. Vivipara.	Corpus penis tectum, quatuor membris munitum. Ovipara.	Corpus glutinosum, vel quatuor vel nullis membris munitum.	Corpus squamis tectum, pinnae membrorum loco.	Corpus molle, nec articulatum, nec annulatum, velamento variabili munitum.	Corpus molle, elongatum, annulatum.
I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
Mammifères. Mammaux. MAMMALIA.	Oiseaux. AVES.	Reptiles. REPTILIA.	Poissons. PISCES.	Mollusques. MOLLUSCA.	Annulés. ANNULATA.
Млеко - питающія.	Птицы.	Пресмыкающіяся.	Рыбы.	Улиткообразныя.	Кольцеобразныя.
1.	2.	3.	4.	1.	2.

CLASSES ENUMERANS.

vertebris destituta.					
et nervi.			3. Nervi non distincti.		
sum. venæ.		5. Cor nullum, arteriæ et venæ nullæ.		4. Organon circulationis sanguinis nullum.	
Branchiæ pinnatæ.	5. Stigmata et Tracheæ.				4. Organon respirationis obscuro, aut tracheæ capillares.
5. Organon respirationis incognitum, aut cum canali intestinali confusum.					
Corpus, corio crustaceo tectum, articulat. - Pedibus instructum.	Corpus, quavis ætate capite, membris articulis, instructum.	Corpus metamorphosi triplici subiectum, in statu perfecto, capite membris sex articulis, instructum.	Corpus elongatum, nec oculis, nec membris articulis, instructum.	Corpus radiatum, ano, ab ore plerisque distincto, instructum.	Corpus variabile, nullis organis internis, præter canalem intestinale, instructum. Anus ab ore haud distinctus.
VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII.
Crustacés.	Arachnoides.	Insectes.	Vers.	Radiaires.	Polypes.
CRUSTACEA.	ARACHNOIDA.	INSECTA.	VERME S.	RADIATA.	POLYPI.
Рако-образныя.	Пауку-подобныя.	Насѣкомыя.	Черви.	Звѣздашныя.	(Zoophyta). Полипны.
3.	4.	5.	6.	7.	8.

III. TABULA CLARISSIMI LAMARCK DISTRIBUTIONIS ET
CLASSIFICATIONIS ANIMALIUM,

Degradationi organorum accommodata (*).

* ANIMALIA SINE VERTEBRIS.

Classes.

- | | | |
|--|---|--|
| <p>I. INFUSORIA. Fissipara aut gemmipara, amorpho, corpore gelatinoso, transparento, unifomi, contractili et microscopico; nullis appendiculis rotatoriis, nec tentaculis radiatis instructa; nullo organo particulari, ac ne digestionis quidem, donata.</p> | } | <p>GRADUS I.</p> <p>Nervi nulli; Vasa nulla; Nullum aliud organon internum et particulare, nisi digestionis.</p> |
| <p>II. POLYPI. Gemmipara corpore gelatinoso, regeneratrice; nullo alio organo interno, nisi digestionis, uno orificis gaudentis, instructa.</p> <p style="padding-left: 20px;">Os terminale, tentaculis radiatis coronatum aut organis ciliatis et rotatoriis munitum.</p> <p>Maxima pars eorum animalia composita offert.</p> | } | |

(*) Vide Philosophie zoologique, par J. B. P. A. LAMARCK. Paris. 1800. 8. Tom. I. p. 277.

Classes.

III. **RADIATA.** Subovipara, libera, corpore regeneratrice, capite, oculis, membris articulatis destituta, partibus formam radiatam æmulantibus. Os inferius.

IV. **VERMES.** Subovipara, corpore molli, regeneratrice, nulla metamorphosi obnoxia, nunquam pedibus articulatis, nec oculis, nec partium internarum formâ radiatâ instructa.

V. **INSECTA.** Ovipara, metamorphosi obnoxia, statu perfecto capite, oculis, membris sex articulatis gaudentia, tracheæ per totum corpus extensæ, fœcundatio unica cursu vitæ.

VI. **ARACHNOIDA.** Ovipara, semper membris articulatis et oculis instructa, metamorphosi nulli submissa. Tracheæ restrictæ; vestigia circulationis; cursu vitæ fœcundant iterata vice.

VII. **CRUSTACEA.** Ovipara, corpore et membris articulatis, cute crustacea, oculis, sæpius quatuor antennis instructa; respiratione branchiali; medullâ longitudinali nodosâ.

GRADUS II.

Medulla longitudinalis nodosa nulla. Vasa circulationis nulla. Quaedam organa interna, excepto canali intestinali.

GRADUS III.

Nervi et medulla oblongata nodosa; Tracheæ aëriferae; circulatio nulla, aut imperfecta.

Classes.

- | | | |
|-----------------|---|--|
| VIII. ANNULATA. | Ovipara, corpore longitudina-
li et annulato; membra articu-
lata nulla; raro oculi; respi-
ratio branchialis; medulla lon-
gitudinalis nodosa. | } GRADUS IV.

Nervi in cerebrum
aut medullam longi-
tudinalem nodosam
terminati; respiratio
branchialis, arteriæ et
venæ, ad circulationem
aptæ. |
| IX. CIRRIPEDA. | Ovipara, involucri et bra-
chia articulata habentia, quo-
rum cutis cornea; oculi nulli;
respiratio branchialis, medulla
oblongata, nodosa. | |
| X. MOLLUSCA. | Ovipara, corpore molli, non
articulato, involucri aut vela-
mento variabili, respiratio bran-
chialis, forma et situ varians;
medulla spinalis aut longitudi-
nalis nodosa nulla, nervi in
cerebrum abeuntes. | |

* * ANIMALIA VERTEBRIS DONATA.

- | | | |
|----------------|--|---|
| XI. PISCES. | Ovipara et sine mammis; re-
spiratio completa et per bran-
chias; vestigium quatuor aut
duorum membrorum; pinnæ
ad locomotionem; nec pili,
nec plumæ in cute. | } GRADUS V.


Nervi in cerebrum,
cavitatem cranii non
tota ex parte replens,
abeuntes; cor unilo-
culare; sanguis frigi-
dus. |
| XII. REPTILIA. | Ovipara et sine mammis, re-
spiratio incompleta, sæpius per
pulmones, vel semper, vel primâ | |

Classes.

- | | | | |
|-------|-----------|--|---|
| | | ætate existentes; membra quatuor aut duo, aut nulla; nec pili, nec plumæ cutis. | } GRADUS VI.
Nervi in cerebrum, tota ex parte cavitatem cranii implens, abeuntes; cor biloculare; sanguis calidus. |
| XIII. | AVES. | Ovipara et sine mammis; membra quatuor articulata, quorum duo alæformia; respiratio completa per pulmones adhærentes et pertusos; plumæ in cute. | |
| XIV. | MAMMALIA. | Vivipara et mammis donata; membra duo aut quatuor articulata; respiratio per pulmones, exterius non pertusos, completa; pili in quibusdam corporis partibus. | |

Nota. Clarissimus LAMARCK constituit nomina quædam, magis euphoniæ indulgens, quam etymologiæ parcens, v. c. *Annélides*, *Arachnides*. Auctor, uti debet, *Annulata*, (s. *Cycloida*), *Arachnoida* iis etc. substituit.

I. *Classis.* - { Quatuor pedibus aut eorum analogis instructa. A. { TETRAPODA.
MAMMALIA. { Biniis pinnis, pedum anteriorum analogis, instructa. B. { QUADRUPEDA.
{ APODA.
{ CETACEA.



A. TETRAPODA.

I. FISSIPEDA.

a. Unguiculata. Digitata.

I.

1. Pollice distincto. MANUATA.			2. Pollice non distincto. EMANUATA.		
1. <i>Bimana.</i> 1.	2. <i>Quadrimana.</i> 2.	3. <i>Pedimana.</i> 3.	1. <i>Metatarsigrada.</i> 4.	2. <i>Plantigrada.</i> 5.	3. <i>Digitigrada.</i> 6.
Homo. L.	* Simia. L.	Didelphis. L.	Perañeles. G.	* Edentata.	* Caninis dupli- catis.
	Callithrix. E.	Sipalus. Fr.	Wombatus. G.	Manis. L.	Taxus. C.
	Ateles. G.	Dasyurus. G.	Plascolomys. G.	Dasypus. L.	Nasua. C.
	Cercopithecus. E.	Cheiomys C.	Kangurus. Lp.	Myrmecophaga. L	Lotor. C.
	Cynocephalus. C.		Dipus. L.	Orycteropus. G.	Kinkaschu. Lp.
	Papio. E.		Sciurus. L.	Onychotherium. Fr.	Mustela. L.
	Lophotus. Fr.		Myoxus. L.	* * *	Mephitis. G.
	Aluatta. Lp.		Lepus. L.	Bradypus. L.	Viverra. L.
	* *		Lagomys. C.	Megatherium. C.	Otolicnus Fr.
	Tarsius. D.		Cavia. C.	Echinopus. Fr.	* Caninis simpli- cibus.
	Macropus. Fr.		Paca. Lp.	* * * Dentata.	Felis. L.
	* * *		Mus. L.	Erinaceus. L.	Canis. L.
	Indri. G.		Brachyurus. Fr.	Tenrecus. C.	Hyacna. G.
	Lemur. L.		Talpoides. Lp.	Sorex. L.	
	Lotis. G.		Spalax. E.	Talpa. L.	
			Cricetus. G.	Scalops. E.	
			Arctomys. S.	Chrysochloris. C.	
			Hystrix. L.	Ursus. L.	
			Coandu. Lp.		

QUADRUPEDA.

II. NEXOPEDA. PLECTOPODA.

b. Ungulata.			a. Pteropoda.		b. Palmata. NECTOPODA.	
2.			3.		4.	
1. <i>Multungulata.</i> 7.	2. <i>Bisulca.</i> 8.	3. <i>Solidungulata.</i> 9.	1. <i>Podoptera.</i> 10.	2. <i>Dactyloptera.</i> 11.	1. <i>Palmipeda.</i> 12.	2. <i>Pinnipeda.</i> 13.
<i>Hyrax.</i> Hn.	<i>Camelus.</i> L.	<i>Equus.</i> L.	<i>Pteromys.</i> E.	<i>Vespertilio.</i> L.	a. <i>Incisivis nul-</i> lis.	a. <i>Incisivis sex.</i>
<i>Sus.</i> L.	<i>Lama.</i> C.			<i>Vampirus.</i> Cv.		<i>Phoca.</i> L.
<i>Anoplotherium.</i> C.	<i>Moschus.</i> L.			<i>Rhinolophus.</i> Cv.	<i>Ornithorhyn-</i> chus. Bl.	b. <i>Incisivis du-</i> obus.
<i>Palaeotherium.</i> C.	<i>Bos.</i> L.			<i>Phyllostomus.</i> Cv.	b. <i>Incisivis du-</i> obus.	<i>Trichecus.</i> L.
	<i>Aries</i> St.		* * *		<i>Castor.</i> L.	<i>Platystomus.</i> Fr.
<i>Tapirus.</i> G.	<i>Antilope.</i> L.		<i>Pterotherium.</i> Fr.	<i>Nycterus.</i> G.	<i>Ondatra.</i> Cv.	
<i>Elasmotherium.</i> Fr.	<i>Cervus.</i> L.		<i>Galeopithecus.</i> Cv.	<i>Noctilio.</i> L.	<i>Trogotherium.</i> Fr.	c. <i>Incisivis nul-</i> lis.
<i>Rhinoceros.</i>	<i>Cameloparda-</i> lis L.		<i>Ptilotus.</i> Fr.	<i>Megaderme.</i> G.	<i>Hydrochaerus.</i> Cv.	<i>Dystomus.</i> Fr.
<i>Elephas.</i> L.					<i>Hydromys.</i> G.	<i>Oxystomus.</i> Fr.
<i>Mastotherium.</i> Fr.					c. <i>Incisivis sex.</i>	
<i>Hippopotamus.</i> L.					<i>Mygale.</i> C.	
					<i>Lutra</i> Bl.	
					<i>Memina.</i> Fr.	

B. APODA. CETACEA.

I. EDENTATA.

II. DENTATA.

Laminae^{I.} corneae
dentium loco.
I.

Dentes^{I.} in maxilla^{I.}
superiore;
2.

2.
in maxilla infe-
riore;
3.

3.
in utraque ma-
xilla;
4.

* Dorso nudo.

Monodon. L.

Physeter. L.

Delphinapterus. Lp.

Balaena. L.

Catodon. Lp.

Physalus. Lp.

Delphinus. L.

** Dorso pinnâ in-
structo.

Anarhacus. Lp.

Hyperoodon. Lp.

Balaenoptera Lp.

Nota. Observationibus, huc
usque cognitis, collec-
tis, *Monotrymata*
GEOFFROY, *Echi-*
nopus nimirum, et
Ornithorhynchus,
Classem intermediam
inter Mammalia et
Aves constituere vi-
dentur.

TABULA COMPARATIVA
MAMMALIUM

Systematis Linnaei (editionis XII) et recentiorum.

I. PRIMATES.			
Dentes primores incisores: superiores IV paralleli. Mammæ pectorales.			
1. HOMO.	Nosce te ipsum.	{ Pollex extremitatum anteriorum sejunctus.	HOMO. L.
		{ Caput rotundum, angulus facialis 65 gradus.	SIMIA. L.
		{ Caput planum ang. fac. 60 grad.	CALLITHRIX. E.
		{ 1. Cauda longa prehensili.	
2. SIMIA.	Dentes primores utrinque IV, approximati. Lanarii solitarii, longiores hinc remoti. Molares obtusi.	{ a. Pollice anteriori distincto.	
		{ b. Nullo.	ATELES. C.
		{ 2. Cauda pilosa non prehensili.	CEBUS. E.
		{ Angulus fac. 60 gr.	
		{ a. Cauda longa.	CERCOPITHECUS E.
		{ b. Cauda nulla.	CYNOCEPHALUS C.
		{ Angulus facialis 30 gradus.	PARIO et
		{ a. Cauda brevis.	PONGO Lp. C.
		{ b. Cauda longa.	ALUATTA. C. G. Lp.

		Incisivi $\frac{4}{6}$. Inferiores porrecti; cauda longa.	LEMUR L.
		Incisivi $\frac{4}{4}$. Inferiores porrecti.	INDRI G.
3. LEMUR.	Dentes primores superiores IV, intermediis remotis. Inferiores VI, longiores porrecti, compressi, paralleli, approximati. Laniarii solitarii approximati. Molares plures, sublobati: antici longiores acutiores.	Incisores $\frac{4}{6}$. Inferiores oblique inclinati. Cauda nulla.	LORIS. G.
			Nota. TARSIVS G. et MACROPUS FR. GALAGO G, genera sunt, nec LINNÆO cognita, nec generis <i>Lemuris</i> restrictione constituta, itaque hic non commemoranda. Vide Vol. I. huj. operis art. Tarsiorum.
		Incisores $\frac{4}{4}$.	VAMPYRUS. G. PTEROPUS. E.
4. VESPERTILIO.	Dentes omnes erecti, acuminati, approximati: primores 4 æquales. <i>Manus</i> palmatæ volitantes membrana corpus cingente.	Incisores $\frac{2 \cdot 4}{6}$. Incisores $\left\{ \begin{array}{l} 4 \text{ bilobati.} \\ 6 \end{array} \right.$ Incisores $\left\{ \begin{array}{l} 2 \text{ minimi} \\ 4 \text{ trilobati.} \end{array} \right.$ Naso membranâ, cristæ adinstar tecto.	VESPERTILIO. L. NYCTERUS G. RHINOLOPHUS G.
		Incisores $\frac{2 \cdot 4}{6}$. Cristâ folio simili in naso. Os intermaxillare cartilagineum.	PHYLLOSTOMA G. MEGADERME. G.
		Incisores $\frac{2 \cdot 4}{6}$. Nulla crista.	NOCTILIO. G.

II. BRUTA.

Dentes primores nulli utrinque.

5. ELEPHAS.

*Dentes primores nulli utrinque.**Laniarii superiores elongati.**Proboscis longissimus, prehensilis.**Corpus nudiusculam.*

Dentes primor. elongati.

Laniarii nulli.

ELEPHAS. L.

6. TRICHECHUS.

*Dentes Primores nulli utrinque.**Laniarii superiores solitarii.**Molares ex osse rugoso utrinque; inferius duo.**Labia geminata.**Pedes posteriores compedes, coadunati in pinnam.*

Incisores superiores duo ad quatuor

Canini longissimi inferiores nulli.

Molares 8 in utraque maxilla.

Os obtusum, incisores duo, canini nulli.

Incisivi et canini nulli.

Molares 18 in utraque maxilla.

Dentes laminæ insidentes.

Trichéchus. L.

PLATYSTOMUS Fr.
Dugong. Lp.OXYSTOMUS. Fr.
Manatus. Dl.

DYSTOMUS Fr.

7. BRADYPUS.

*Dentes primores nulli utrinque.**Laniarii? obtusi solitarii, molaribus longiores occursantes.**Molares utrinque V. obtusi.**Corpus pilis tectum.*

Canini et molares; digitis ad unguem usque conjunctis.

BRADYPUS. L.

8. MYRMECOPHAGA.	<p><i>Dentes</i> nulli. <i>Lingua</i> teres, extensilis. <i>Os</i> angustatum in rostrum. <i>Corpus</i> pilis tectum.</p>	<p><i>Dentes</i> nulli. <i>Ungues</i> fortes pedum anteriorum 2-4, posteriorum, 3-4, cauda longa, sæpius prehensilis. <i>Molares</i> sex, digitis anterior. 4, poster. 5, unguibus longibus, largis.</p>	<p>MYRMECOPHAGA. L. ORYCTEROPUS. G.</p>
9. MANIS.	<p><i>Dentes</i> nulli. <i>Lingua</i> teres, extensilis. <i>Os</i> angustatum in rostrum. <i>Corpus</i> squamis tectum.</p>	<p><i>Auriculæ</i> nullæ, pedibus pentadactylis.</p>	<p>MANIS. L.</p>
10. DASYPUS.	<p><i>Dentes</i> molares plures, absque primoribus, absque laniariis. <i>Corpus</i> cataphractum testa ossea, zonis intersecta.</p>	<p><i>Pedes</i> anteriores 4, postici 5 digitis.</p>	<p>DASYPUS. L. Loricatus <i>Desm.</i> Tatu. Blm.</p>
III. FERÆ.			
<p><i>Dentes</i> primores superiores sex, acutiusculi. <i>Canini</i> solitarii.</p>			
11. PHOCA.	<p><i>Dentes</i> primores superiores VI paralleli: exteriores majores. <i>Inferiores</i> IV paralleli, distincti, æquales, obtusiusculi.</p>	<p><i>Pedes</i> postici in pinnam coaliti.</p>	<p>PHOCA. L.</p>

	<i>Laniarii</i> I, superiores ab incisioribus, inferiores a molaribus remoti.		
	<i>Molares</i> V. s. VI. tricuspidati.		
	<i>Auriculæ</i> nullæ.		
	<i>Pedes</i> postici coaliti.		
12. CANIS.	<i>Dent. prim.</i> sup. VI laterales longiores distantes: intermedii lobati.	Pedibus anterioribus pentadactylis, posticis tetradactylis.	CANIS. L.
	Inferiores VI. laterales lobati.	Pedibus omnibus tetradactylis.	HYENA. Cuv.
	<i>Laniarii</i> solitarii, incurvati.		
	<i>Molares</i> VI. s. VII. (pluresve quam in reliquis).	Folliculus putorius supra anum.	
13. FELIS.	<i>Dentes primores</i> æquales.	Pedes anteriores pentadactyli, postici tetradactyli.	FELIS. L.
	<i>Molares</i> terni.		
	<i>Lingua</i> retrorsum aculeata.		
	<i>Ungues</i> retractiles.		
14. VIVERRA.	<i>Dentes primores</i> VI. intermediis brevioribus.	Pedibus omnibus tetradactylis.	SURICATA. Desm.
	<i>Molares</i> plures quam tres.	Ped. pentadactylis, folliculus putorius supra anum.	ICHNEUMON. G.
	<i>Lingua</i> retrorsum sæpe aculeata.	Characteres iidem, ungues fossorii, folliculus putorius supra anum.	MEPHITIS. Cuv.
	<i>Ungues</i> exserti.	Ungues semi retractiles, bursa odorifera sub ano.	VIVERRA Lin. Civetta. G.
		Cauda longa, nuda, prehensilis.	KINKASCHUS. Lp.

15. MUSTELA.	<p><i>Dentes primores superiores VI, erecti, acutiores, distincti.</i> <i>Inferiores VI obtusiores conferti: duo interiores.</i> <i>Lingua laevis.</i></p>	<p><i>Dentes primores inaequali serie locati, pedibus pentadactylis liberis.</i> <i>Pedibus palmatis.</i></p>	<p>MUSTELA L. LUTRA. E.</p>
16. URSUS.	<p><i>Dent. prim. sup. VI. intus excavati alterni.</i> <i>Inferiores VI, laterales 2 longiores lobati; secundarii basi interiores.</i> <i>Laniarii solitarii, conici.</i> <i>Molares V s. VI, primo lanariis approximato.</i> <i>Lingua laevis.</i> <i>Membrana nictitans.</i> <i>Nasus prominens.</i> <i>Penis scatens osse curvato.</i></p>	<p><i>Canini duplicati, distantes a molaribus.</i> <i>Canini simplices, molaribus serie continua, cohaerentes.</i> <i>Folliculus pūtorius sub cauda.</i> <i>Characteres taxi, corpus et pedes elongati, cauda longa pilosa.</i> <i>Maxilla superior excedens inferiorem, Nasus mobilis, cauda longissima.</i></p>	<p>URSUS. L. TAXUS. CUV. LOROX. Lp. C. PROCYON. SI. NASUA. CUV.</p>
17. DIDELPHIS.	<p><i>Dentes prim. sup. X. Infer. VIII, intermediis 2 breuissimis.</i> <i>Laniarii longi.</i> <i>Molares denticulati.</i> <i>Lingua subciliata.</i> <i>Folliculus abdominalis mammaram.</i></p>	<p><i>Primores $\{\frac{10}{8}$, cauda, longa, prehensilis.</i> <i>Primores, $\{\frac{8}{6}$, cauda longa pilosa.</i> <i>Incisivi $\{\frac{6}{2}$, digitum phalanges ad unguem usque conjunctae.</i></p>	<p>DIDELPHIS. L. G. DASYURUS. G. PHALANGER. ♂ 'AN</p>

18. TALPA.	<i>Dentes prim.</i> sup. VI. inf. VIII. <i>Laniarii major.</i> I, <i>minores</i> IV.	Dentes incisores $\left\{ \begin{array}{l} 6 \\ 8 \end{array} \right.$, unguës fossorii. Dentes primores $\left\{ \begin{array}{l} 6...8 \\ 6...8 \end{array} \right.$ intermedii breviores. Dentes primores, uti in Scalope, pedes anteriores tridactyli, cauda nulla.	TALPA. L. SCALOPS. CUV. CHRYSOCHLORIS. CUV.
19. SOREX.	<i>Dent. prim.</i> sup. II. bifidi. Inf. IV, intermedii brevioribus. <i>Laniarii</i> utrinque plures.	Dentes primores 6 ad 8 in utraque maxilla, canini breues, maxilla inferior superiore brevior. Rostrum longum, pedes posteriores palmati.	SOREX. L. MYGALE. CUV.
20. ERINACEUS.	<i>Dent. prim.</i> sup. II distantes, inferiores minus distantes. <i>Laniarii</i> utrinque 2, recumbentes.	Dentes primores 6 utrinque, medii lateralibus longiores, canini primoribus breviores. Incisores æquales, 6 superiores et 4 inferiores, conici longi. Cauda nulla.	ERINACEUS. L. TENRECUS. CUV.
IV. GLIRES. Dentes primores bini, supra et infra, approximati, a molaribus remoti. Laniarii nulli.			
21. HYSTRIX.	<i>Dent. prim.</i> II. oblique scissi. Molares octo. Corpus spinis <i>te-</i> ctum.	Pedes anteriores tetradactyli, posteriores pentadactyli. Cauda brevis. Cauda longa prehensilis.	HYSTRIX. L. COËNDUS. Lp.

22. LEPUS.	Dent. prim. II, superiores duplicati, interioribus minoribus.	Pedes pentadactyli anteriores, tetradactyli posteriores. Pedibus omnibus tetradactylis.	LEPUS. L. LAGOMYS. Cuv.
23. CASTOR.	Dent. prim. superiores truncati angulo transverso excavati; inferiores apice transversi. Cauda depressa.	Molares plani.	CASTOR. L.
		Pedes æquales pentadactyli, pollice postico distincto ungue plano.	CHEIROMYS. Cuv.
		Molares 10 utrinque, tuberculis acutis, pedes breves.	ARCTOMYS. Schw.
		Molares 6, leviter excisi, sacci buccales.	CRICETUS. Cuv.
		Molares 8 utrinque plani, lamellis verticalibus coadunatis formati.	BRACHYURUS. Fr.
24. MUS.	Dentes primores inferiores subulati.	Molares 6, cylindrici, plani, pedes breves pentadactyli, fossorii.	TALPOIDES. Lp.
		Cauda brevis. Rima oculorum aperta.	
		Oculorum vestigium adipe et pelle non fesso, tectum.	SPALAX. E.
		Cauda nulla.	
		Molares 6 plani, leviter excisi; cauda longa squamosa.	MUS. L.
		Pedes palmati, molares sulcati; cauda longa squamosa depressa.	ONDATRA. Cuv.

25. SCIURUS.	<i>Dent. prim.</i> II, sup. cuneati; Inf. compressi.	Pedes anteriores tetradactyli, postici pentadactyli.	SCIURUS. L.
26. NOCTILIO.	<i>Dent. prim.</i> II, sup. acuti; inferiores bilobi. <i>Nares</i> prominulæ, cylindricæ, approximatae.	Sub Vespertilionibus commemoratus.	
V. PECORA.			
Dentes Primores superiores nulli.			
Inferiores VI aut VII, a molaribus remotissimi.			
Pedes unguinati; mammarum inguinales.			
27. CAMELUS.	<i>Cornua</i> nulla. <i>Dent. prim.</i> inferiores VI, spatiformes. <i>Laniarii</i> distantes, superiores III, inferiores II.	Dentes primores $\frac{2}{6}$, topis dorsalibus.	CAMELUS. L.
	Labium superius fissum.	Dentes primores $\frac{0}{4}$, topis pectorali.	LAMA. Cuv.
28. MOSCHUS.	<i>Cornua</i> nulla. <i>Dentes Laniarii</i> superiores solitarii exserti.	Dentes incisivi. $\frac{0}{8}$ <i>Laniarii</i> duo, exserti.	MOSCHUS. L.
29. CERVUS.	<i>Cornua</i> solida, tenera, corio hirto tecta apiceque crescentia, denudata, annua. <i>Dent. prim.</i> inferior. VIII. <i>Laniarii</i> nulli (interdum solitarii superius).	Fossa et saccus lacrymalis.	CERVUS. L.

30. CAPRA.	<p><i>Cornua</i> concava, sursum versa, erecta, scabra.</p> <p><i>Dent. prim. infer. VIII.</i></p> <p><i>Laniarii</i> nulli.</p>	<p><i>Cornua</i> utriusque sexus, compressa, transversim sulcata.</p>	CAPRA. L.
31. OVIS.	<p><i>Cornua</i> concava, retrorsum versa, intorta, rugosa.</p> <p><i>Dent. prim. inf. VIII.</i></p> <p><i>Laniarii</i> nulli.</p>	<p><i>Cornua</i> utriusque sexus angulosa, basi retrorsum versa.</p>	OVIS. L.
32. BOS.	<p><i>Cornua</i> concava, antrorsum versa, lunata lævia.</p> <p><i>Dent. prim. infer. VIII.</i></p> <p><i>Laniarii</i> nulli.</p>	<p><i>Cornua</i> brevia, conica, ad latus et retrorsum versa.</p>	BOVIS. L.
<p>VI. BELLUÆ.</p> <p><i>Dentes primores obtuse truncati. Pedes unguati.</i></p>			
33. EQUUS.	<p><i>Dent. prim. sup. VI</i> erecto-paralleli.</p> <p><i>Inf. VI,</i> prominentiores.</p> <p><i>Laniarii</i> solitarii, inclusi utrinque remoti.</p> <p><i>Pedes unguata</i> indivisa.</p>	<p><i>Idem.</i></p> <p><i>Molares</i> plani diversimode formati.</p>	EQUUS. L.
34. HIPPOPOTAMUS.	<p><i>Dent. prim. sup. VI,</i> per paria remoti.</p> <p><i>Inf. IV.</i> prominentes, intermediis longioribus.</p> <p><i>Laniarii</i> solitarii, oblique truncati.</p> <p><i>Pedes</i> margine unguiculati.</p>	<i>Idem.</i>	HIPPOPOTAMUS. L.

35. SUS.	<i>Dent. prim. sup. IV,</i> convergentes. <i>Infer. VI,</i> prominentes. <i>Laniarii super. II,</i> breviores. <i>Infer. I,</i> exserti. <i>Rostrum truncatum,</i> prominens, mobile.	Molares coroná tuberculatá.	SUS. L.
36. RHINOCEROS.	<i>Dentes primores utrinque II</i> remotissimi, obtusi. <i>Cornu solidum,</i> conicum, naso insidens.	Laniarii nulli. Dentibus primoribus in diversis speciebus diversis.	RHINOCEROS. L.
VII. CETE.			
<i>Spiracula supra caput. Pinnae pectorales caudalesque horizontales absque unguibus.</i>			
37. MONODON.	<i>Dentes duo in maxilla superiore</i> exserti, prælongi, recti, spirales. <i>Fistula in vertice.</i>	<i>Idem.</i>	MONODON. L.
38. BALÆNA.	<i>Dentium loco in maxilla superiores</i> laminae corneæ. <i>Fistula duplex.</i>	Pinna dorsii nulla. Pinna dorsalis.	BALÆNA. L. BALÆNOPTERA. Lp.
39. PHYSETER.	<i>Dentes in maxilla inferiore.</i> <i>Fistula in capite s. fronte.</i>	Dorso tuberculato, tuberculo unico aut pluribus. Dorso nudo, sine eminentia.	PHYSETER. L. PHYSALUS. Lp.

40. DELPHINUS.

Dentes in maxillâ u-
trâque.
Fistula in capite.

} Pinnâ dorsali.
Pinnâ dorsali nullâ.

DELPHINUS. L.

DELPHINAPTERUS. Lp.



H. CLASSIS.

A V E S : O I S E A U X.

I. *Tibiis ad calcaneum usque plumosis.*

Digitis membranâ destitutis.

- | | |
|---|------------------------------|
| a. binis anticis totidemque posticis. | } SCANSORES.
} Grimpeaux. |
| b. tribus anticis, uno vel nullo postico. | |
| 1. Unguibus fortibus et aduncis. | } ACCIPITRES.
} Rapaces. |
| 2. Unguibus debilibus parum curvatis ; | |
| * digitis exterioribus liberis aut sola pri-
ma phalange coalitis. | } PASSERES.
} Passereaux. |
| ** digitis exterioribus tota longitudine
coalitis. | |
| *** digitis anterioribus basi cinctis. | } GALLINÆ.
} Gallinacés. |

II. *Tibiis parte inferiore pennis destitutis.*

a. Digitis membrana cinctis.

Tribus anticis uno vel nullo postico.

- | | |
|---|--|
| * Anticis membranâ inter se connexis ,
postico soluto. | } ANSERES.
} Palmipèdes. |
| ** Omnibus membranâ cinctis. | |
| *** basi membranâ cinctis. | } PLATERETÆ.
} Latirèmes.
} GRALLÆ.
} Echassiers. |
| b. Digitis membranâ destitutis. | |
| | } CURSORES.
} Coureurs. |

MEMBRANA NON CONJUNCTIS.

II. DIVISIO.

RUS VEL NULLUS POSTICUS.

VISIO.

s externis liberis aut prima tantum
is. PASSERES.

3. SUB-DIVISIO.

Digiti fere tota longitudine coadunati.
PLATYPODES.

	VII. 5. R. rectum et tenue. 12.	VIII. 6. Rostrum perbreve. 13.	IX. 7. Rostrum arcuatum. 14.	X. 8. R. apice crassius. 15.	II. 1. Rostrum dentatum. 16.	V. 2. R. rectum et compressum. 17.	VI. 3. R. rectum et depressum. 18.	VII. 4. R. rectum et tenue. 19.	IX. 5. Rostrum arcuatum. 20.
cul. L. beau. l. halo- G. node- G. noce- G. llier. I. adis. ca. L. elle. ceuf. Lth.	54. Mesange. <i>Parus</i> . L. 55. Alouette. <i>Alauda</i> . L. 56. Traquet. <i>Saxicola</i> . Bch. 57. Becfin. <i>Sylvia</i> . Lp. 58. Motacille. <i>Motacilla</i> . L.	59. Hirondelle. <i>Hirundo</i> . L. 60. Engoule- vent. <i>Caprimulgus</i> . L. 61. Glaucope. <i>Glaucopis</i> Lth. 62. Huppe. <i>Upupa</i> . L. 63. Grimpe- reau. <i>Cerythia</i> . L. 64. Colibri. <i>Trochilus</i> . L.	65. Orthothyn- que. <i>Orthorhyn- chus</i> . Lp. 66. Calao. <i>Buceros</i> . L. 67. Momot. <i>Momotus</i> . B. 68. Alcyon. <i>Alcedo</i> . L. 69. Ceyx. <i>Ceyx</i> . B. 70. Todier. <i>Todus</i> . L. 71. <i>Platyrhyn- chus</i> . Desm. 72. <i>Onychor- hynchus</i> . Fr.	73. Manakin. <i>Manakina</i> . B. 74. Guépier. <i>Myiops</i> . L.					
ires. ham- phi.	Subilirostris. <i>Raphiorham- phi</i> . 5.	Planirostris. <i>Omalorham- phi</i> . 6.	Tenui- <i>Lepto-</i> 7.	rostris. <i>rhamphi</i> . 8.					



II. AVES TIBIIS INFERIUS DENUDATIS PLUMIS

I. DIVISIO.

TRES DIGITI ANTERIORES, UNUS

4. S. D.
Digitis basi
membranâ
cinctis.
GALLINA-
CEA.

1. SUB-DIVISIO.

Digitis anticis membranâ nexis.
PALMIPEDES.

2. SUB-DIVISIO.

Digitis omnibus cinctis la
membranâ. PLATERETÆ

X. 1. R. apice crassius. 21.	I. 1. Rostrum aduncum. 22.	II. 2. Rostrum dentatum. 23.	V. 3. R. rectum et compressum. 24.	VII. 4. R. rectum et tenue. 25.	IX. 5. Rostrum arcuatum. 26.	X. Rostrum apice crassius. 27.	I. 1. Rostrum aduncum. 28.	II. 2. Rostrum dentatum. 29.	VI. 3. R. recti depressi 30.
75. Pigeon. <i>Columba</i> . L. 76. Tetras. <i>Tetrao</i> . L. 77. Nematuro. Fr. 78. Perdrix. <i>Perdix</i> . Lp. 79. Tinamou. <i>Tinamus</i> . Lp. 80. Tridactyle. <i>Tridactylus</i> . Lp. 81. Paon. <i>Pavo</i> . L. 82. Faisan. <i>Phasianus</i> . L. 83. <i>Maenura</i> . Lth. 84. Pintade. <i>Numida</i> . L. 85. Diudon. <i>Meleagris</i> . L. 86. Hocco. <i>Crao</i> . L. 87. Outarde. <i>Olis</i> . L. 88. Marail. <i>Penelope</i> . Lth. 89. Couan. <i>Guanus</i> . Lp.	90. Flamant. <i>Phoenicopte- rus</i> . L. 91. Albatrosse. <i>Diomedea</i> . L. 92. Pélécanoi- de. <i>Pelecanoides</i> . Lp. 93. Petrel. <i>Procellaria</i> . L.	94. Canard. <i>Anas</i> . L. 95. Harle. <i>Mergus</i> . L. 96. Petrel. <i>Prion</i> . Lp.	97. Bec en ci- seaux. <i>Rhynchops</i> . Lth. 98. Plongeon. <i>Urinator</i> . B. 99. Grèbe. <i>Colymbus</i> . L. 100. Guillemot. <i>Uria</i> . B. 101. Alque- <i>Alca</i> . L. 102. Pingouin. <i>Pinguinus</i> . Lp. 103. Manchot. <i>Aptenodytes</i> Lp.	104. Sterne. <i>Sterna</i> . L.	105. Avocette. <i>Recurvirostra</i> . Lth.	106. Mauve. <i>Larus</i> . L.	107. Frégatte. <i>Fregatta</i> . Lp. 108. Cormoran. <i>Carbo</i> . Lp.	109. Fou. <i>Sula</i> . B. 110. Phaéton. <i>Phaëton</i> . B. 111. Anbinga. <i>Plotus</i> . L.	112. Péli. <i>Pelecanus</i> .

DIGITIS MEMBRANA NEXIS.

I. DIVISIO. 2. 3. aut 4. DIGITI FORTES.							II. DIVISIO. 2. 3. aut 4. DIGITI FORTES.		
3. SUB-DIVISIO. Digitis basi membranâ cinctis. GRALLÆ.							I. SUB-DIVISIO. Digitis basi membranâ non conjunctis. CURSORES.		
IV. 2. R. rectum et conicum.	V. 3. R. rectum et compressum.	VI. 4. R. rectum et depressum.	VII. 5. R. rectum et tenue.	IX. 6. Rostrum arcuatum.	X. 7. R. apice crassius.	V. 1. R. rectum et depressum.	IX. 2. Rostrum arcuatum.	X. 3. R. apice crassius.	
32.	33.	34.	35.	36.	37.	38.	39.	40.	
117. Agami. <i>Psophia</i> . Lp. 118. Vaginal. <i>Vaginalis</i> . Lp.	119. Grue. <i>Grus</i> . Lp. 120. Cigogne. <i>Ciconia</i> . Lp. 121. Heron. <i>Ardea</i> . L. 122. Bec-ou- vert. <i>Hians</i> . Lth. 123. Ombrette. <i>Scopus</i> . L. 124. Huitrier. <i>Haematopus</i> . L.	125. Savacou. <i>Canceroma</i> . Lth. 126. Spatule. <i>Platalea</i> . L.	127. Becasse. <i>Scolopax</i> . L. 128. <i>Totanus</i> . Bch.	129. Iabiru. <i>Mycteria</i> . Lth. 130. Ibis. <i>Ibis</i> . C. 131. Courlis. <i>Tantalus</i> . Lp. 132. <i>Numeni-</i> <i>us</i> . C. 133. <i>Rallus</i> . Bch. 134. Echasse. <i>Macrotarsus</i> . Lp.	135. Phalarope. <i>Phalaropus</i> . Lth. 136. Foulque. <i>Fulica</i> . L. 137. Hydrogal- line. <i>Hydrogallina</i> . B. 138. Iacana. <i>Parra</i> . Lp. 139. Vauneau. <i>Vanellus</i> . Bch. 140. <i>Tringa</i> . L. 141. Pluvier. <i>Charadrius</i> . L. 142. <i>Crex</i> . Bch.	143. Antruche. <i>Struthio</i> . L. 144. Touyou. <i>Tuyus</i> . Lth.	145. Cazoar. <i>Rhea</i> . Lp.	146. Dionte. <i>Didus</i> . Lth.	

TABULA COMPARATIVA

AVIUM

Systematis Linnaei (editionis XII) et recentiorum.

I. ACCIPITRES.	
<i>Rostrum e mandibula superiore angulum utrinque exserens.</i>	
41. VULTUR.	<i>Rostrum rectum, apice aduncum.</i> <i>Caput impenne, antice nuda cute.</i> <i>Lingua bifida.</i> <i>(Vultur barbat.).</i>
	<i>Caput denudatum plumis, rostrum apice aduncum.</i> <i>Rostrum carunculis carnosus.</i> <i>Caput plumis tectum.</i>
	VULTUR. Lin.
	SARCORHAMPHUS. D.
	GYPAËTOS. St. D.
	AQUILA. Lp.
	ASTUR. Lp.
	NISUS. Lp.
	BUTEO. Lp.
42. FALCO.	<i>Rostrum aduncum, basi cera instructum.</i> <i>Alae longæ, prima remigum brevis, tarsus brevis, fortis.</i>

	<i>Caput pennis ante tectum.</i>	<i>Rostrum idem.</i>	CIRCUS. Lp.
	<i>Lingua bifida.</i>	<i>Alae longissimæ, prima remigum brevis, tarsus longus, tenuis.</i>	
		<i>Rostrum idem.</i>	MILVUS. Lp.
		<i>Alae longissimæ, prima remigum brevissima, tarsus brevis tenuis.</i>	
		<i>Rostrum idem.</i>	FALCO. L.
		<i>Alae longissimæ, prima remigum longissima, tarsus brevis fortis.</i>	
43. STRIX.	<i>Rostrum aduncum, (absque cera).</i>	<i>Auriculatæ.</i>	BUBO. D. ASIO. B.
	<i>Nares pennis setaceis recumbentibus oblectæ.</i>	<i>Non auriculatæ, cauda elongata.</i>	SURNIA. D.
	<i>Caput grande: auribus oculisque magnis.</i>	<i>Cauda abbreviata.</i>	STRIX. L.
	<i>Lingua bifida.</i>		
44. LANIUS.	<i>Rostrum rectiusculum, dente utrinque versus apicem, basi nudum.</i>	<i>Rostrum acutius culum — — basi nudum.</i>	LANIUS. L.
	<i>Lingua lacera.</i>	<i>Rostrum longum rectum, basi setis tectum.</i>	TIRANNUS. B. Lp.
II. PICÆ.			
	<i>Rostrum subcompressum, convexum.</i>		
45. PSITTACUS.	<i>Rostrum aduncum: mandibula superiore mobili cera instructa.</i>	<i>Macrouri.</i>	ARA. Lp.
	<i>Nares in rostri basi.</i>	<i>Genæ calvæ.</i>	
	<i>Lingua carnosæ, obtusa, integra.</i>	<i>Genæ plumatæ.</i>	PSITTACUS. L.
	<i>Pedes scaursorii.</i>	<i>Circulus oculorum nudus, caput cristatum, cauda brevis.</i>	CACATÆ. D.

46. RAMPHASTOS.

Rostrum maximum, inane, convexum, extrorsum serratum, mandibula utraque apice incurva.

Rostrum convexum leve.

RAMPHASTOS. L.

Pedes scansorii.

Nares pone rostri basin.

Rostrum serratum.

SCYTHROPS. B.

Lingua pennacea.

Pedum scansorii plerisque.

Rostrum serratum, pedes gressorii.

MOMOTA. Lp.
MOMOTUS. B.

47. BUCEROS.

Rostrum convexum, curvatum, cultratum, magnum, extrorsum serratum; Frontis calvaria nuda, osseo-gibbosa.

.

BUCEROS. L.

Nares pone rostri basin.

Lingua acuta brevis.

Pedes gressorii.

48. BUPHAGA.

Rostrum rectum, subquadrangulare mandibulis gibbis, integris, extrorsum gibbosioribus.

.

BUPHAGA. L.

Pedes ambulatorii.

49. CROTOPHAGA.

Rostrum compressum, semiovatum, arcuatum, dorsato-carinatum, mandibula superiore margine utrinque angulata.

Mandibula superior valde compressa.

CROTOPHAGA. L.

50. CORVUS.	<i>Rostrum</i> convexum cultratum. <i>Nares</i> pennis setaceis recumbentibus ob- tectæ. <i>Lingua</i> cartilaginea, bifida. <i>Pedes</i> ambulatorii.	<i>Rostrum</i> forte et cras- sum; <i>nares</i> setis re- cumbentibus tectæ. <i>Lingua</i> cartilaginea bifida. Capite nudo. Collo nudo. C. calvus. L. Capite crista instru- cto.	CORVUS. L. GYMNOCEPHALUS. G. GYMNERUS. G. CEPHALOPTERUS. G.
51. CORACIAS.	<i>Rostrum</i> cultratum apice incurvato; ba- si pennis denuda- tum. <i>Lingua</i> cartilaginea bifida. <i>Pedes</i> ambulatorii.	CORACIAS. L.
52. ORIOLUS.	<i>Rostrum</i> conicum, convexum, acutissi- mum, rectum: man- dibula superiore paulo longiore, ob- solete emarginata. <i>Lingua</i> bifida, acuta. <i>Pedes</i> ambulatorii.	<i>Rostrum</i> conicum a- cutissimum, tarsus fortis. R. apice acutissimum, basi rotundatum, capistro nudo, ro- tundo. Capistro nudo, tri- angulari. R. tenue, apice acu- tissimum, basi ro- tundatum, capistro pennato.	ORIOLUS. L. CACICUS. Lp. ICTERUS. Lp. XANTHORUS. Lp.
53. GRACULA.	<i>Rostrum</i> convexo-cul- tratum, basi nudi- usculum. <i>Lingua</i> integra, acu- tiuscula, comosa. <i>Pedes</i> ambulatorii.	GRACULA. L.

54. PARADISEA.	<p><i>Rostrum</i> capistri plumis tomentosis tectum.</p> <p><i>Pennae</i> hypochondriorum longiores.</p> <p><i>Rectrices</i> duæ superiores singulares denudatæ.</p>	<p>Capistrum plumis tomentosis, constrictis holosericeis tectum.</p>	PARADISEA. L.
55. TROGON.	<p><i>Rostrum</i> capite brevius, cultratum, aduncum, margine mandibularum serratum.</p> <p><i>Pedes</i> scansorii.</p>	<p>R. breve, depressum basi setosum. Tarsus brevis ex parte plumis tectum.</p>	TROGON. L.
56. BUCCO.	<p><i>Rostrum</i> cultratum, lateraliter compressum, apice utrinque emarginato, incurvato; rictu infra oculos protenso.</p> <p><i>Nares</i> pennis recumbentibus oblectæ.</p> <p><i>Pedes</i> scansorii.</p>	<p>R. emarginatum, magnum, compressum, usque ad oculos fissum, basi setis rigidis tectum.</p>	BUCCO. L.
57. CUCULUS.	<p><i>Rostrum</i> teretiusculum;</p> <p><i>Nares</i> margine prominulæ.</p> <p><i>Lingua</i> sagittata, plana integra.</p> <p><i>Pedes</i> scansorii.</p>	<p><i>Rostrum</i> arcuatum, lingua longa acuta; <i>nares</i> marginatæ.</p> <p><i>Rostrum</i> serratum.</p>	CUCULUS. L. TURACO. Lth.
58. YUNX.	<p><i>Rostrum</i> teretiusculum, acuminatum.</p> <p><i>Nares</i> concavæ, denudatæ.</p> <p><i>Lingua</i> teres lumbriciformis, longissima apice mucronata.</p> <p><i>Pedes</i> scansorii.</p>	<p><i>Rostrum</i> brevissimum.</p> <p><i>Lingua</i> longissima et apice denticulis obsita.</p>	YUNX. L.

59. PICUS.

Rostrum polyedrum, rectum: apice cuneato.

Nares pennis setaceis recumbentibus obiectae.

Lingua teres, lumbriciformis, longissima, mucronata, apice retrorsum aculeata setis.

Pedes scansorii.

Pedes scansorii.

PICUS. L.

60. SITTA.

Rostrum subulatum, tereiusculum, rectum, porrectum, integerrimum: mandibula superiore paulo longiore: apice compresso.

Lingua emarginato-lacera.

Nares vibrissis tectae.

Pedes ambulatorii.

Pedibus tridaetylis.

PICOIDES. Lp.

.

SITTA. L.

61. TODUS.

Rostrum subulatum, depressiusculum, obtusum rectum, basi setis patulis.

Pedes gressorii.

Rostrum depressum, basi setis instructum.

R. capitis longitudine, denticulatum.

R. capite, transverse cristato, longius, unguiculatum.

TODUS. L.

PLATYRHYNCHUS. Desm.

ONYCHORHYNCHUS. Fr.

62. ALCEDO.

Rostrum trigonum, crassum, rectum, longum.

Lingua carnosissima, plana, acuta.

Pedes gressorii plerisque.

Pedes scansorii.

Pedes gressorii.

Pedibus tridactylis.

GALBULA. Lp.

ALCEDO. L.

CEYX. Lp.

63. MEROPS.	<i>Rostrum</i> curvatum, compressum, carinatum. <i>Lingua</i> apice laciniata. <i>Pedes</i> gressorii.	MEROPS. L.
64. UPUPA.	<i>Rostrum</i> arcuatum, convexum, subcompressum, obtusiusculum. <i>Lingua</i> obtusa, integerrima, triquetra, brevissima. <i>Pedes</i> ambulatorii.	UPUPA. L.
65. CETHIA.	<i>Rostrum</i> arcuatum, tenue, subtrigonum, acutum. <i>Lingua</i> acuta. <i>Pedes</i> ambulatorii.	CETHIA. L.
66. TROCHILUS.	<i>Rostrum</i> subulato filiforme, apice tubulato, capite longius. Mandibula superior vaginans inferiorem. <i>Lingua</i> filiformis, filis duobus coalitis, tubulosa. <i>Pedes</i> ambulatorii.	<i>Rostrum</i> arcuatum, tenue. <i>Rostrum</i> rectum, dilatatum apice.	TROCHILUS. L. Polytmus. B. ORTHORHYNCHUS. Lp. Mellisuga. B.
III. ANSERES.	<i>Rostrum</i> obtusiusculum, epidermide tectum sub basi gibbum, apice auctum. <i>Faux</i> denticulata. <i>Lingua</i> carnosae. <i>Pedes</i> palmati natatorii.		
67. ANAS.	<i>Rostrum</i> lamellosodentatum, convexum, obtusum. <i>Lingua</i> ciliata, obtusa.	<i>R.</i> unguiculatum, denticulis membranaceis.	ANAS. L.

68. Mergus.	Rostrum denticulatum, subulato-cylindricum, apice adunco.	MERGUS. L.
